



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Middelbvirgi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

Pietatis & memoriae ergo Guilielmus F. M.P.C.P.  
Ann. XL. mens. III. O. An. ob O.R. CIO. IO. LIII.  
vii. Kal. Sextil.



## MIDDELBURGI.

D. O. M. S.

**H**ADRIANO IVNIO Hornano, Philo-  
sopho, Medico & Poetae celeberr. Bataviae Hi-  
storico fideliss. cuius in omni disciplinarum  
genere exquisita eruditio, singularis industria, infi-  
nita lectionis praestantia, multiplex linguarum sci-  
entia, pari coniuncta Comitatus, doctorum omni-  
um admirationem laudemque meruit: post varia  
incomparabilis ingenij monumenta, quibus aeter-  
nam sibi memoriam comparavit, sub hoc marmo-  
re condito, Patri opt. de se merito PETRVS IV-  
NIVS moestiss. pietatis ergo P. C. Vixit ann. LXIII.  
Obijt xvi. sibi cognominis mensis. Anno salutis  
Christianae CIO. IO. LXXV.

ALIUD.

IVNIVS hic situs est: vltra ne quare Viator,  
Oculisque, sat debere te tuis puta,  
Tam magni spectare viri queis contigit vnam.  
Oculi o beati, o verè ingens spectaculum.

D. IOANNI VALEOLAETO S. PE-  
TRI DECANO DIGNISS.

Hic dormit illud vnicum Zelandiae  
Decus IOANNES, singularis virginum  
Moderator, atque principis verbi Dei

Ll 3

Praco,

Præco, suapte, quod docet, vita probans,  
 Peculiare pauperum præsidium,  
 Quos esse nouit deditos studijs sacris.  
 Laboriosus, litteris immoriens,  
 Bibliog<sup>3</sup>, thecam naclus instructissimam,  
 Semper studebat, non sibi, verum alijs,  
 Quos tum domi, tum publicè gratis docet.  
 Multis diebus continenter maximo,  
 Stomachi dolore, febribusq<sup>3</sup>, exastuans,  
 Dei benignitate fretus maxima  
 Latus supremum finiit vita diem:  
 Vbi puluis in terram omnium matrem, vnde erat,  
 Redijt, migravit spiritus in domum suæ  
 Aeternitatis, ad Deum, qui condidit.

ALARDVS AMSTELRODAMVS amico pos.



## DANICA.

INSCRIPTIO SALINI INAVRATH,  
 QVOD D. HENRICVS RANZOVIVS  
 Christiano IV. Regi ex Baptismo vnà cum  
 alijs à se suscepto honorarij loco  
 dedit.

**D**EVs trinus & vnus largiatur huic regio na-  
 to, ab aui sui Christiani felicitatem & for-  
 tunam: pro aui Friderici I. mansuetudinem  
 & benevolentiam: aui Christiani III. pietatem  
 & clementiam: Friderici II. patris sui magnani-  
 mitatem & prudentiam: & horum regum omnium  
 maiorum suorum contra hostes suos gloriosas vi-  
 ctorias. Hæ enim virtutes ex tot Regibus & patribus  
 no lau-